manuscript

Seite 24r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sione se excusaret quam sententia prius oris lugat. Hinc est n
qd nathan propheta arguere regem venerat. et quasi de causa
pauperis contra diuitem iudicium querebat. Vt rex prius sua
daret. et reatu suum postmodum audiret. quasi nequaquam
iustitie conduceret. quam in se ipse protulisset. Unde itaq; na
than sanctus et prudens considerans. et regem mire ordine
audacem. reum prius per confessionem ligare studuit. et pro
modum p iniectionem secure celauit paululum q; quesiuit
Sed percussit repente quem timuit. Vigilans enim fortasse
incedit. si ab ipso sermonis exordio apte culpam ferire voluis
set. Sed prmissa similitudine eam quam occultabat exaciuit in
crepationem. ad egrum medicus venerat. sed ad uulnus vi
debat. Sed de pacia egri dubitabat. Abscondit igit ferrum
medicinale sub veste. qd eductum subito fixit in uulnere. Vt
secantem gladium sentiret eger. antequm cerneret ne si ante
cerneret sentire recusaret

Cap. 27.

Iuxta amonendi sunt leti. atq; alii tristes. letis videlicet
inferenda sunt tristia que secant ex superbis. Tris
tibus vero inferenda sunt leta q promittunt ex reg
no. Discant leti ex minaci asperitate qd timeant.
audiant tristes prmoni gaudia de quibus presumat. Illis
quippe dicit. Ve vobis qui ridetis nunc quoniam flebitis. Isti
vero eodem mero docente audiant. Iterq videbo vos et gau
debit cor vrm. et gaudium vrm nemo tollet a vobis. Non
nulli autem leti vel tristes non rebus sunt. Sed conspersionib9
existant. Quibus profecto intimandum est. qd quedam
vitia quibusdam conspersionibus mixta sunt. Habent enim
leti ex prmiquo iniuriam. tristes iram. Unde nrte est. Vt
non solum quisq; considet. qd ex conspersione sustinet. Sed
etiam qd ex vicino deterius perturbet. Ne dum nequaquam
prmiynat cum hoc qd tolerat. ei quoq; a quo se liberi existimat
vitio succumbat

Cap. 28.

Inter amonendi sunt subditi. atq; alii prelati. Illos
ne subiectio conterat. istos ne locus superior extollat
Illi ne minus que iubent impleant. Isti ne plus iusto
iubeant quam que impleant. Illi ut humiliter subia
cant. Isti ut equaliter presint. Nam qd intelligi et fugiendi
potest illis dicit. Filij obedite parentibus vris in domino. Istis